



copycat. 2 ff. 4 gl.

Emanuelhof

Digitationes columnis hujus sunt sequentes

- 1) Reimeri Res publica Ebraeorum.
- 2) Eichleri Dis: de duodecim iudicib: Tripartit.
- 3) M. Bauchi Dis: de foro in portis.
- 4) M. Sonneratius Ebraorum iura iustitiae.
- 5) Buddei Dis: de iure Zeletarum in gente Ebraea.
- 6) Grabneri Dis: de episcopatibus per informia.
- 7) M. Divii Dis: de suspedio hominum legibus obtutis.
- 8) Rings Dis: de lapidatione Hebreorum.
- 9) Rosenfelder Dis: de praefidariis Zeletarum iuribus.
- 10) Morleb Dis: de scitis et clypeis Hebreorum.
- 11) M. Batti Dis: de Celinis.
- 12) M. Buckeri Dis: de velato Hebreorum gynaeo.
- 13) Eisdem conclusum Hebr. gynaeum
- 14) M. Biel Dis: De templi prioris propositiori gloria
- 15) Eisdem de templi posterioris pro priori gloria.
- 16) M. Zollingers Dis: de templo Iudaorum testio.
- 17) M. Ojetti Dis: de admirabili Candela: Moysaei structura, eisdem posita in fonte.
- 18) Braschii Dis: de velis Tabernaculi atq; Templi.
- 19) M. Plesken Dis: de columnis anulis.
- 20) M. Clefeli Dis: de Ballo sacerdotali.
- 21) Eisdem de Ballo sacerdotio Magi.
- 22) Eisdem Dis: de ballo S. M.
- 23) Soherensis ab Avervalda de Apesillo Hebr. Sacra.
- 24) Eisdem de Rabbiis et Gradibus honoris literariorum apud Hebreos utrabitur.
- 25) Hafni Dis: de laude fundamenti.

- 26) Lideri libri mysticis de primitis festis statute, et statutis Ecclesie fratitiae.
- 27) M. Aldermannus Disf: de vestibz tyssinir. Pausif: M. in signationis febo.
- 28) Buchholz de circumcisione ~~scripta~~.
- 29) Dunkleri Disf: de sacrificiis quotidianis.
- 30) M. Erdman Disf: de sacrificio maculari pro nova offerendo.
- 31) M. Bergeri Disf: de victimis Hebraeorum gravibus.
- 32) M. Kirstenii Disf: de ave unguis facta in sacrificium oblatu.
- 33) M. Hämers Disf: de ritu benedictionis sacerdotalis.
- 34) M. Wernerii Disf: de poculo benedictionis.
- 35) Wegneri Disf: de proclamata benedictione et maledictione in montibus Gerizim et Ebal.
- 36) Michaelis Disf: de tabulâ foederis prioribz.
- 37) Equidem de tabulâ posterioribz.
- 38) M. Etzhardi Scheditisma de tabulariis antiquis.
- 39) M. Girardi Disf: de atoamento Hebraeorum.
- 40) M. Bollhagens Disf: de Apopolâ Hebraeorum.
- 41) M. Oldermannus Disf: de festo Encaniorum.
- 42) Hottingeri Disf: de solenni legi prædictâ quovis die septimo repetita.
- 43) M. Hafennuller Disf: de operibz Sabbathum depellentibz ex mente Hebraeorum.
- 44) M. Guringii Disf: de occubitu ad agnum paschalium.
- 45) M. Schelgivici Disf: de votis Hebraeorum.
- 46) Müllerii Disf: de opibz.
- 47) M. Merckx de oculorum maryori dato.
- 48) M. Geieri Disf: de ritibz lugentium.
- 49) M. Garmani de pane lugentium.
- 50) M. Hilliger de laetatione vestra.
- 51) M. Haugens Disf: de corpore figuris scaphis, non eruntando.
- 52) M. Krumpholtz de rebus in agis expletis.
- 53) Daosovi de ritibz nefus.
- 54) M. Albrecht de significatione tabula.

collector hanc Disf: est  
Joh: Will: Aventus.

28.

37

Q. D. B. V.  
AVSPICIIS

RECTORIS ACAD. MAGNIFICENTISSIMI  
**DN. FRIDERICI AVGVSTI,**  
PRINCIPIS REGII ET ELECTOR.  
SAXON. HEREDIS,

DE



Sive

**SACRIFICIO PIACVLARI  
PRO NOXA  
OFFERENDO,**

*IN AUDITORIO MAIORI*

*Ad Diem XIX. Decemb. An. c<sup>is</sup> I CC XVI.*

SUB PRAESIDIO

**IOANNIS CHRISTOPHORI  
VWICHMANNSHAVSEN,**  
LL. OO. Profess. Publ. Facult. Philos. Senioris,  
& Bibliothecae Acad. Directoris,

publice commentabitur

AUCTOR

**M. JOHANN. HENRIC. ERDMANN,**  
Gothanus.

---

VITTEBERGAE SAXONVM  
EX OFFICINA CHRISTIANI SCHROEDERI ACAD. TYPOGR.

RECOLTORE ACER MAGNITHEGENTIS MI  
DN FRIDERICI AGASTI  
BRUNNENS RICHTER HESSE  
SAXON HEREDIS



SACRIFICIO PIACALARI  
PRO NOXA  
OPIFEX

JOVANNI 12 GIBRISTOPHORI

IT GO. BROLEY. KEP. FEGUE. PPL. CUIOT.  
Z DIPLOMATICAE ARTE. D. J. G. T.

M. JOVANNI HENRIC. ERDMANN.

EX ORIGINIA CHRISTIANI SCIENTIAE LIBRARIA



בשׁ

1

 Mnēs propemodū gentes, antiquissimis temporibus, victimis, di-  
vino Numini offerendis, delectatas,  
iisdemque, ad cultum isti exhiben-  
dum, usas fuisse, tot Veterum monu-  
menta loquuntur, ut, qui rem in dubium vocare  
ausit, contra solem loqui videatur. Origo hujus  
moris ad ipsum Adamum commode refertur, (a)  
qui, ut probabilis fert ratio, Dei edictus nutu, (b)

A 2 *iltam*

(a) Idem faciunt TALMUDICI Avod. sar. f. 8. a. זר  
שם כילוטין קן ר' ר' יונה נזירין סתנין וקונט' כ' מורה  
in-  
quiunt, a primo homine oblatus, habuit cornu unicum,  
in fronte, ut scriptum est, Psalm. LXIX. 32. Et melior vi-  
debitur Domino bove cornuto, Et ungulam scissam haben-  
te. Conf. ABARB. Praef. ad Levit.

(b) CHRYSOSTOMUS Comm. ad Genes. IV. 3. ex lumine naturae Adamum haec cognovisse statuit: quem fecuti sunt ex Patisbus non pauci. Per placet ea ista senten-

istam, qua colendus ille erat, rationem, primus, tacente licet scriptura, ad filios propagavit, per quos ad Noachum, ejusque posteros, dubio procul, eadem illa derivata fuit. (c)

## II. Absit

tentia Doctoribus quibusdam Pontificiis, Missam quippe ex naturae lege derivantibus. vid. BELLARM. de Miss. C. XX. L. I. repugnantibus licet aliis nounullis. Nos quidem putamus, quod egregie convenienter inter se se sacrificium Abelis, & ea, quae a DEO instituta postea sunt, ut quum ille ~~pro~~ sebum, offerret, Deus sibi omne ~~in~~ vindicaverit. Reete igitur WALTHERUS Offic. Bibl. p. 227. Sacrificiorum originem primam, inquit, ad humanae rationis arbitrium revocare perquam foret absurdum. Conf. SELDENUS J. N. & G. L. III. C. VIII. HAK-SPAN. Miscell. L. II. C. IX. p. 269. DEYLINGIUS Obs. P. II. p. 42. LEYDEKEUS de Rep. Ebr. L. I. C. II. f. 10.

(c) Autor Jkarim. R. S. ALBO L. VII. C. I. ~~וְיַעֲשֵׂה~~  
~~וְיַעֲשֵׂה~~ בְּכָל־בְּנֵי־עֲמָקָם כִּי־בְּנֵי־עֲמָקָם כִּי־בְּנֵי־עֲמָקָם כִּי־בְּנֵי־עֲמָקָם In principio quaedam praecepta data sunt primo homini, quibus morem gerebant usque ad Noachum, juxta traditionem Rabbinorum b. m. Probat id ipsum Noachi sacrificium, & discrimen inter animalia munda & immunda, in scripturis, adductum, Gen. VII. 2. RASCHI quidem Mosen per anticipationem locutum ibi fuisse existimat, quando ad vocem ~~וְיַעֲשֵׂה~~ ita commentatur: ~~וְיַעֲשֵׂה~~ ~~וְיַעֲשֵׂה~~ ~~וְיַעֲשֵׂה~~ Munda, i. e. quae aliquando munda futura erant penes Israelitas. Hoc vero si supponimus, concedere nos porteret, quod etiam Noachus, quae munda, quae immunda, fuerint animalia, ipse ignoraveroit, quod ~~אֶת־זֶה~~. Conf.

## II.

Absit itaque, ut sacrificiorum originem ab Aegyptiis repetamus, (d) cum aperte potius constet, quod à Noacho ad filios, ab his vero ad omnes denum gentes, quae instituti hujus, utpote aviti, atque antiquissimi, maxime tenaces erant, mos

A 3

per

Conf. BOCHARTUS in Hieroz. L. I. C. II. item PEIRE-  
RIUS in Genes. L. XI. Disp. II. §. 57.

(d) Quod faciunt viri eruditissimi, MARSHAMUS, in Can. Chron., SPENCERUS, de Leg. Ebr. Rit. hinc & inde; CLERICUS, Comment. in Pentat. GROTIUS, ad Lev. I. OUTRAMUS, de sacrif. & alii. Imprimis vero hic nominandus est MAIMON., accuratissimus ille, & soler-  
tissimus rituum Judaicorum interpres, & ABARBANEL, celeberrimus pariter Judaeus, quorum iste in More Ne-  
vach. P. III. C. XXXII. hic vero in pererudita ad Levit.  
Praefat. ad scripturae oracula, 1. Sam. XV. 22. Joel. I. II.  
Jerem. VII. 22. hac in parte confugint, utut, quod insi-  
mul monendum erat, non desint, qui oracula ista non  
nisi sub conditione, habito nimirum ad fidem respectu,  
intelligi discupiant. Conf. WITSIUS, in Aegypt. & ipse  
ABARBENEL sui ut videtur oblitus, quando ad Jerem.  
VII. adnotat, quasi Deus ideo increpaverit Israelitas,  
quod fiduciam non ponerent in Tem-  
plum Domini. Exhibit diversas hujus oraculi interpre-  
tationes HAKSPAN. Not. Misc. P. II. p. 75. quocum et-  
iam WALTHERUS Harm. Bibl. ad Psalm. XL. p. 320.  
componi poterit.

(e) Repe-

per sacrificia Numen placandi, dimanaverit. (e)  
 Licet autem idem sacrificandi ritus, tempore pro-  
 cedente, variis modis, corrumperetur, apud Semi-  
 tamen familiam, ad Abrahamum usq; integer sem-  
 per conservatus fuit, donec tandem Molis mini-  
 sterio, restitutus, in lucem publicam protraheretur.

III.

Non unius generis, sed pro diverso fine, diver-  
 sa fuisse sacrificia, ad prime constat. (f) In uni-  
 ver-

(e) Reperiebatur omnino, & animantium ipsorum, ad  
 sacrificium delectorum, & rituum, quibus oblationes  
 fieri solebant, inter gentes, differentia. Quaedam enim  
 boves Deo sacros faciebant; aliae, contra, id ipsum reli-  
 gioni sibi ducentes, ab iisdem prorsus abstinebant, Conf.  
 OVID, Fast. IV. v. 413. & AELIANUS quando ποιηλ. L.V.  
 C. XIV. refert Legem Atticam. Βέβαιος ἀρχόντων καὶ πότε ζυγὸν ποιή-  
 σαντα, σύν τοις αὐτοῖς, οὐκ εἰσὶν αἱ μάρτυρες, μηδέ τίταν θύειν: qui &  
 ipse l. e. L. VIII. C. III. idem inculcat. Spectant huc insuper  
 VARRONIS ista, de Re Rust. L. II. C.V. Hic socius hominum  
 in rusticō opere, & Cereris minister; ab hoc antiqui manus  
 ita abstineri voluerunt, ut capite sanxerint, si quis oc-  
 cidisset. Non minor etiam, si ad ritus attendamus, gen-  
 tes inter eas, dissensus, siquidem quae huic turpia, divi-  
 noque cultui minus apta, videbantur; alteri summopere  
 arridebant.

(f) Verba sunt GROTI Comm. ad Lev. I. Conf.  
 PHILO Lib. de Merc. Meret. ab init. Quod autem ad  
 ipsa sacrificia attinet, dividit ista commode possunt I.  
 Ratio.

versumquidem omnia קורבנות, Oblationes, nun-  
cupantur, quae in מנחות & בכורות (g) ferta &  
craen-

Ratione Offerentis, in publica & privata. JOSEPH. An-  
tiqq. Jud. L. III. C. X. MAIMON. Maaf. Korb. C. I.  
בְּלִי קָרְבָּנָה בְּזַן לְכַד כְּנֹזֶר בְּזַן וְיֵיחָד הַלְּבָנָה וְמִלְחָמָה וְשָׂעָר וְשָׁמֶן  
בְּלִי קָרְבָּנָה בְּזַן וְיֵיחָד הַלְּבָנָה וְמִלְחָמָה וְשָׂעָר וְשָׁמֶן  
Omnia sacrificia, sive  
totius coetus, (publica) sive privata, ad quatuor capita  
revocari possunt; holocaustum, pro peccato, pro noxa, &  
salutare. Amplius vero tria deprehendantur privata, quae  
sunt Pascha, Primogeniture, & Decimae.

Idem docet ABARBANEL Praef. ad Lev. f. 2. a.  
Col. I. ס' כו קורבן כבנור טירלה נכליגות מקרכט יהוט וג' כו קורבן כיריך יהוט וג' כו קורבן כיריך יהוט וג'  
ב' כו טירלה נקורבנה יהוט וג' כו קורבן כבנור פירימה קורבן יהוט וג' כו קורבן כבנור  
Primum genus est sacrificium totius coe-  
tus, quod universus Israel offerunt. Alterum est priva-  
tum a quolibet afferendum. Tertium est sacrificium to-  
tius coetus, simile privato. Ultimum denique est pri-  
vatum, simile sacrificio totius coetus. Ex quibus facile  
colligitur, privata non dici à loco, sed ab offerente,  
quum extra templum Jerusalymitanum victimas macula-  
re non licuerit. Unde recte MAIMON. l. c. C. XVIII.  
ב' י' קורבן חון שורה צב' חנות טהרה וטהר מזון צב' כבנור קורבן  
טיהר קורבן  
Qui offert sa-  
crificium extra atrium, peccat omittendo contra praece-  
ptum affirmativum, & committit etiam peccatum contra  
praecptum negativum, quia dicitur: Deut. XII. 13: cave tibi  
ne offeras holocaustum tuum, quocunque loco, ubi visum fue-  
rit; ideo offerens voluntario, meretur excidium, sec. id quod  
dicitur: Lev. XVII. 8. 9. qui offerat holocaustum aut aliud quod e

(g) Vox קורנְתָּה in Scriptura, de Salutaribus, ut plurimum, usurpatnr, Rabbinorum vero usu omnia sub se comprehendit à מוקד diversa, unde MAIMON. l. c. C.I. קורנְתָּה Omnia ista sacrificia (ubi locutus erat de iis quae a מוקד diversa erant) vocantur קורנְתָּה.

### (i) Aves

cruenta, eam ob cauflam, porro dispescuntur, quoniam ista ex fructibus, haec ex quadrupedibus, ordinarie, (i) adparabantur.

IV.

Ex ultimis his, iterum, alia erant עילוּת Holocausta, quae ut antiquissima, & à veteribus, in quolibet, ut videtur, casu, usurpata fuerunt, ita (l) ex maribus

B tan-

(i) Aves enim in vicem saltem quadrupedum videntur ordinatae, vel, ut pauperes etiam haberent, quod immolarent, *Lev.* V. 6. 7. vel, ob transgressiones nimis frequentes, quae si omnes quadrupedibus expiandae fuissent, greges Palestinae, igni alteris alendo, non sufficerent. *Conf. Lev.* XII. 8. Cur vero Deus noluerit pisces sibi sacros, variis varias afferunt causas. *Conf. SELDENUS de Diis Syris.* C. III. Modo enim ad ignaviam eorum, modo ad perpetuum silentium, modo ad carnes, quas homini nutriendo nonnulli minus idoneas crediderunt, Deum respexisse coutendunt; vel, quod alii speciosius urgent, quod hoc, vel illud, piscium genus non ubique, nec semper, nec commode, capi possit.

(l) *Conf. OUTRAM.* l. c. p. 110. ABARBANEL. *Praef.*  
*ad Lev.* וְאַתָּה תִּתְעַטֵּפֶת וְאַתָּה תִּתְחַנֵּן וְאַתָּה תִּתְחַנֵּן כִּי כִּי  
 כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי  
 כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי  
 כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי  
 כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי  
 כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי  
 כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי  
 כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי כִּי  
 Au<sup>t</sup>tores sunt sapientes no-  
 stri p. m. quod Adam, princeps hominum, Holocaustum  
 etiam obtulerit. Quod Noach insuper, arca egressus,  
 fecerit holocaustum, Abramam item, Isaacus, Jacobus, &  
 Moses

tantum constabant, (m) & igne tota consumebantur; (n) alia שְׁלָמָה Salutaris, quae (o) pro rebus

Moses, in iis, quae Deo statuerant, alteribus, holocausta similiiter fecerint, ut divini Numinis afflari, (abundantiam) & vim vaticinandi, consequerentur: Itaque Bileamus cum altaria multa construxisset, & in singulis eorum holocaustum juvenco, & ariete, consecisset, tum regi Balaco ita dixisse dicitur, Num. XXIII. 3. Tu tuis holocaustis hic assiste, ego secedam, si forte mihi Deus occurrat. Dicuntur & haec ipsa aliquando in Scriptura expiare, Conf. Lev. I. 4. V. 10. XVI. 24. & RASCHI ad Lev. I. Sed cum haec non eodem sensu, quo de reliquis nonnullis, dicantur, recte MAIMON. M. C. C. XVIII. §. 9. קַרְבָּלָה וְעֵדָה הַמִּזְבֵּחַ Holocaustum donum est Deo datum, sacrificium vero pro peccato, & pro noxa, sunt fundamentum expiationis.

כִּי מִלְּוָת כְּמָה יְהֹוָה כָּלָל מִלְּוָת נֶגֶל. וְאֵין כָּלָל כִּי אֲכֻשִׁים וְאַנְשִׁים וְאֲנָקָר בָּן גְּדוּלָה בָּן קְדֻשָּׁה וְאֵין וְאֵין וְאֵין Holocausta, quae ex animalibus offeruntur, tantum masculi seliguntur: fiant autem ex gente ovium, caprarum, & jumentis, sive adultis, sive junioribus, & ex turturibus, pullisque columbarum, quorum prior mas, posterior foemina est. Id quod, si ipsam rem spectes, ex collatione cum scriptura ad prime constat.

(n) ABARBANEL l. c. סְלָמָה כְּאֵין קְרָבָן נְלָקָה כִּי מִלְּוָת כְּמָה טְהִרְתָּה מִשְׁלָךְ נְאֹר בָּן וְאֵלֶּה וְאֵין שְׁמַנְתָּה כָּלָל מִלְּוָת נֶגֶל כִּי כָלָל מִשְׁמַנְתָּה וְאֵין כָּלָל מִשְׁמַנְתָּה וְאֵין כָּלָל מִשְׁמַנְתָּה Et en! Holocaustum hoc istiusmodi oblatio est, quae, integra comburitur, altari imposita, sive fuerit oblata pro universa gente, sive pro privato: nullum plane cedit offe-

rebus prosperis, vel jam tum obtentis, vel ad-  
huc dum obtainendis, celebrabantur, quaeve ad  
tria capita, scilicet, ad נְרָה, votum, נְרָה *spon-*  
*taneum*, & תּוֹרָה *Eucharisticum*, sive *Sacrificium*  
*laudis*, communiter reducebantur; alia מִתְחַדָּה, si-  
ve, *Sacrificia pro peccato*, quae iterum duplia  
erant, scilicet, vel קְבֻעָה, *Piaculum definitum*,  
vel עֲלָה וּוֹרֵד, *Accrescens, decrescensque (p)* & alia  
denique אֲשֶׁר, sive *Sacrificia pro noxa*.

B 2

V. Quan.

*E* offerentibus, *E* sacerdotibus, frustum, pro cibo,  
quia comburitur tota (victima) praeter pellem, qua in-  
duta erat, quam sibi sacerdos ministrans vindicat.

*Salutare: altera duo cum pane offeruntur, quae sunt votum, & spontaneum, quod vocatur Eucharisticum, panisque ejusdem Eucharisticus; Tertium denique est, quod offers Nasireus, impletis voti sui diebus, quod itidem cum pane offertur &c.* Conf. de diversa nuncupandi ratione r̄s & מְנֻכָּה idem l. c. C. XIV.

(p) Si, definito piaculo, expiandum facinus esset, requirunt Judaei; 1) ut sit contra praeceptum negativum, 2) per errorem commissum. 3) ex eorum numero, quae data opera commissa, excidium merentur. MAIMON. in Scheb. Asur. מְנֻכָּה עַל טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה וְזֶה קָרְבָּן נְסָכָה כְּדֹבָר חִיבָּר וְאַתָּה טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה וְזֶה קָרְבָּן Quam poenam subit qui hoc die (sabbato,) opus aliquod conficit? si fecerit consulto, & data opera, meretur excidium, si vero per errorem, obligatur ad sacrificium pro peccato definitum. Conf. idem in Issure Bia. C. I. RASCHI ad Lev. IV. 2. פְּרִטְוּ רְנוּכִים קְרָבָה כְּדֹבָר חִיבָּר וְאַתָּה טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה וְזֶה קָרְבָּן Rabbini nostri tradunt, quod non offeratur sacrificium pro peccato, nisi peccatum sit contra praeceptum negativum, & excidium mereatur: error vero admissus in eodem, sacrificio pro peccato, expiatitur. Quod idem repetit in Not. ad Sebach. C. XII. p. 106. ubi dicit וְאַתָּה טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה Non offeratur sacrificium pro peccato, nisi ob violatum praeceptum negativum, & excidium. MAIMON. Maas. Corb. C. I. קָרְבָּן כְּמַגְנִים כְּדֹבָר חִיבָּר Sacrificium errantis circa praeceptum negativum, quod excidium post se trahit, est pro peccato. Alterum, sex hominibus imperatum, quod in compendio refert MAIMON. Scheg. C. X. §. 1. טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה קָרְבָּן שְׁלָמָה וְלִדָּה וְלִלְלָה כְּנַחֲזָה כְּמַגְנִים כְּדֹבָר חִיבָּר טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה קָרְבָּן טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה קָרְבָּן טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה קָרְבָּן טָבֵעַ מִלְּכָה זֶה קָרְבָּן Quibus praeceptum est sacrificium (pro pecca-

## V.

Quantum vero sigillatim attinet ad אַשְׁׁמָה (q)

B 3

de

peccato) accrescens, derrescensque? sunt bi sex: *Lepra laborans, Puerpera, jurans juramentum testimonii (falso) sive voluntario, sive per errorem, jurans temere falso, per errorem pollutus, res sacras comedens per errorem, denique impurus sanctuarium ingrediens per errorem.* Conf. id. in Schebuoth. C. I. §. & Tr. Maal. Corb. hinc inde. Refert & huc ABARBANEL Vaccam rufam. Conf. Comm. ejus ad Num. XIX. Quod hircum attinet, in desertum emissum, de eo nos informat MAIMON. Jom. Hackipp. C. III. ex Mass. Joma C. III. EN JACOB. f. 107. MUIS. in Var. Sacr. FRISCHMUTH. in Diff. de Hirco. BO-CHART. in Hieroz. alii.

(q) Nomen derivatur ab בֵּשֶׂת, reus fuit, deliquit, unde sacrificium pro reatu, pro noxa, audit. Eandem vocem retinuere Syrus, & Chaldaeus. Arabs vero per حَنْدَقَةَ إِنْدَقَةَ andem radicem exhibet. Cur autem a peccato בֵּשֶׂת ipsum sacrificium dicatur בֵּשֶׂת, docet ABENESRA ad Lev. I. 4. בֵּשֶׂת כִּי תַּעֲבֹר בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְנִזְבְּחֵנָה בְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Res oblata ad expiandum, quum integra ascendat in aërem, dicitur, ab ascensu, שְׁלֵמָה; sic istud quod offertur pro peccato, & pro reatu, dicitur בֵּשֶׂת ABARBANEL Praef. ad Lev. בֵּשֶׂת נִזְבְּחֵנָה בְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Nuncupat istud scriptura propter transgressionem, (sive reatum) בֵּשֶׂת i.e. sacrificium pro noxa. Usurpantur in scriptura voces בֵּשֶׂת & בְּנֵי aliquando ut Synonima, vid. Lev. V. 6. Ubi tamen de sacrificio pro peccato quaestio est, quod eruditus probat ABARBANEL Praef. cit. Qu. IX. qui hic conferendus est. (r) Ex-

de quibus, hac quidem vice, paucis commentabimur, ista in duplii iterum erant differentia, siquidem aliud ex iisdem, scilicet אָשָׁם תַּלְוִי, pro noxa dubia (r), aliud, nempe אָשָׁם וּרְאֵי, pro no-

xa

(r) Expresso hoc in scriptura non nominatur, ex Rabbinorum vero opinione, dicitur a פֶּלֶג suspensum esse. Hinc MAIMON. in Schech. C. VIII. §. I. פֶּלֶג כְּסֹבֶת נִזְמָנָה בְּצִדְקָה וְבְּעֲשָׂרָה וְבְּעַמְּדָה וְבְּצִדְקָה לְבִנְיָן גָּדְלָה כְּלִילָה מִזְמָנָה כְּלִילָה וְבְּעַמְּדָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּעַמְּדָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּעַמְּדָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה Si quis dubitat utrum erraverit circarem aliquam, an non? huic imperatum est, quia dicitur Lev. V. 17. 18. quoniam ignorarit & deliquerit, portet iniuriam suam, & adducat aritem integrum ex grege, secundum aestimationem suam: & hoc appellatur פֶּלֶג quia expiatitur illo, quod dubium, & suspensum, est ipsi, donec, si certo compertum habuerit, quod peccaverit, offerre possit sacrificium pro peccato. Idem docet ABARBANEL l. c. הַזְּהַרְתָּ בְּעַמְּדָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּעַמְּדָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּעַמְּדָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה וְבְּצִדְקָה כְּלִילָה Et sacrificium pro delicto dicebatur ita, quod ab eo fiebat, qui incertus erat, peccasset an non? adeoque sibi met ipsi dispicebat, animo tam omisso fuisse, ut ne hoc quidem teneret, adversum aliquid divinum fecisset, nec ne? & pacto nullo fas, & nefas, internosceret, in quo se errasse suspicabatur, ex quo nominabatur etiam sacrificium de delicto suspenso, quoniam scilicet pendebat animi, & dubitabat, homo, maleficium commisisset, an non commisisset? Idem docet Glossa in MISCHN. ad Sebach. VIII. בְּמִזְמָנָה יְהִי רָמֶת וְבְּמִזְמָנָה Quoniam suspendit, & protegit, hominem a castigationibus. (s) Con-

xa certa, faciendum erat. Ad illud, ex Magistro-  
rum mente, obligabantur in primis Israelitae,  
quando incerti erant, adeoque dubitabant, utrum  
commissent peccatum ejusmodi, quod data ope-  
ra admissum excidium meruisset, quodve per er-  
rorem, cuius quis conscius erat, commissum, Sa-  
crificio pro peccato expiandum fuisset. (s) Du-  
bio itaque summato, & (t) cum certius deinceps  
intel-

(5) Consentientem etiam habemus R. NATHAN. in Lex. Aruch. p. 22. b. וְהַנִּזְמָן כֵּן כְּבָרֶךְ קָלֵי וְכָלְבָרֶךְ קָלֵי Doctores nostri profitentur, quod non locum habeat, nisi ob ejusmodi peccatum, quod, si temere commissum sit, excidium mereatur, si vero per errorum, sacrificio pro peccato redimendum.

intelligerent, se istius delicti reos fuisse ἡνῶν (ii)  
priori, quod tamen Scriptura S. diserte quidem, nul-  
libi adstruit, superaddendum erat. VI. Ad

VI. Ad

mederit unum ex illis, nescit vero quodnam deglutierit: aut si fuerint uxor, & soror, alicujus in eadem domo, concubitus cum una ex illis, ignorat vero qua cum rem habuerit. Conf. Cetubb. C. II. aut si fuerit subbat hum & profanus quidam dies: operatur quis, nescit quo, praecise ex his, die: offerant ipsi sacrificium pro noxa dubia. Idem sentit ABARBENEL. loco allegato. גַּם תְּמִימָה כְּפָרָה וְלֵבֶן וְלֵבֶן כְּפָרָה מִתְּמִימָה וְלֵבֶן כְּפָרָה מִתְּמִימָה וְלֵבֶן כְּפָרָה מִתְּמִימָה. Sic quando quis coram se habet & sebum, & oleum, & de uno ex his comedit, dubius vero est, utrum comedenter de sebo, an de oleo, hic quoniam in comedendo ad id probe non attenderat, utrum scilicet liciti, vel illiciti, aliquid comedenter, in sacrificium similiter offerat arietem integrum. Quando enim quis certo compertum habet sepe peccasse, fit וְלֵבֶן unde est, quod MAIMON. in Pesul. hamocd. C. IV. §. 19. statuit: וְלֵבֶן הוּא הַמְּבֹשֵׁל וְלֵבֶן וְלֵבֶן Quando homini, dum offert sacrificium pro noxa dubia, innotescit, se non peccasse, aut peccasse, fit pro noxa certa.

VI.

Post חלוי objicit se nobis שם וראי, Piaculum pro noxa certa, quod a peccati certitudine, hujus quicquid est nominis, indeptum (x) est. Ad quinque id ipsum Doctores, communiter, capita redigunt, (y) siquidem pro diversa peccatorum,

C hoc

perditissimos homines ipsum aliquando fugillare, sub nomine צבאת, Asam sexti, quo ipso ad נסיך respiciunt, quod, sexto loco, recensetur inter מלח, Sebach. C. VI. & ad precationum Judaicarum, quas quotidie recitant circumcisii, XVIII. Per haec ut ad proprium vocis significatum non attendunt, ita, cum ipsum נסיך dicunt, istum de cruce suspensum fuisse indicant. Conf. & WAGENS. Tel. Ign. qui prolix de hoc differit.

(x) MAIMON. Scheg. C. IX. §. 10. נסיך צבאת Qui obligatur ad sacrificium pro noxa certa, necessario prius nosse debet peccatum suum, quam illud offerat.

(y) Idem l. c. טה חט עבירות מוגן קורין חט וטע גנוקין חט והט. שצבי אוiso נס חט סכך ואלו אין על טפחים מוגה וטע גנוקין וטע גנונת טישר מהמה. Quinque sunt peccata, quae, oblatione pro noxa, redimenda sunt. Et haec dicitur oblatione pro noxa certa; quia non offertur in re dubia. Sunt autem sequentia; ab ancillam despontatam, rapinam, sacrilegium, pollutionem Nasiraei, & leprae purgationem. MAIMON. in Pesul. hamocd. C. IV. נס חט קרין טע טלן טהיר וטער טהר טהר וטער טע קדש כלה וטם הנטט טר וטער וטם חטוק לדם כנזכר וטם נטע בטהר טר טר כלה וטם חטוק. Non ita se res habet cum sacrificio pro noxa certa, uti cum

hoc ipso sacrificio, expiandorum, ratione, sub di-  
versa insimul appellatione, idem istud piaculum  
nobis proponitur. (z)

VII.

Referunt itaque huc

I. Rapinam, quam furto contradistinguunt, (a)  
Lege divina prohibitam, quamvis ad omnia, in-  
juste

*cum dubia): quando enim intelligit sacra faciens, antequam victimam mactavit, se non peccasse, abit, & deducit, ad gregem, sicut reliqua profana, nullaque in eo amplius reprehenditur sanctitas: si post mactationem, sepeletur, & si post sparsum sanguinem, comburitur, caro, reliquorum ad instar ineptorum sanctorum, (sacrificiorum).*

(6) MAI-

juste acquisita, (b) quae juramento falso sibi possessor vindicaverat, extendere solent. Conf. Lev. VI. 2. 3.

C 2

VIII. Sa-

(c) MAI-

VIII

II. Sacrilegium, sive, quando quis ex re sacra lū-  
crum, etiam levissimum, captasset. In hujus enim  
criminis expiationem eadem hostia offerenda e-  
rat. Vide sis Lev. V. 15. (c).

IX.III.Cum

IX.

III. Cum ancilla, viro despontata, (despecta) concubentem, quandoquidem & iste, in sui expiationem, lege divina, ad idem sacrificium praestandum, obligabatur, Lev. XIX. 20. seqq. (d)

C 3

X. IV.

duos siclos, & quintam partem, afferatque pro iis ipsis sacrificium pro noxa, simulque aliud, ad expiandum sacram legium. Conf. & ABARBANEL. l. c.

ומקורות נסחאות כהן בקידוד ובראשון  
טמיין כבם חמי טכבל טעם כו' קווינן רם נ"ז על טפקה מורה נ"ז צפונג בן ז'נין  
רמיון טמיין חול אנטם וו' גראן ג'ז טפקה מורה נ"ז צפונג בן ז'נין  
Ex illorum sacrificiorum numero, quae homini privato, ob  
factum aliquod, praestanda sunt, est etiam illud, quando  
vitiavit ancillam despontatam, aut ex ignorantia, aut vo-  
luntario; debet tamen offerre arietem in sacrificium pro no-  
xa, quod à noxa certa, & amplius, ab ancilla desponta-  
ta, nomen accipit: Quocum convenienter, quae habet MAI-  
MON. Scheg. C. IX.  
ככ"ז על טפקה מורה נ"ז צפונג בן ז'נין  
טמיון טמיון חול אנטם וו' גראן ג'ז טפקה מורה נ"ז צפונג בן ז'נין  
Qui cum ancilla congressus fuerit, sive id lubens, si-  
ve errans, fecerit, sacrificet pro reatu. Quod si vero  
bona cum pace ancillae factum fuerit, ista verberibus  
castigatur, quod docet MAIMON. I. c. §. 2.  
ו' גראן ג'ז טפקה מורה נ"ז צפונג בן ז'נין  
ו' גראן ג'ז טפקה מורה נ"ז צפונג בן ז'נין  
Quan-  
do ancilla fuerit adulta, consentiens, & prompta, ad con-  
cubitum, (siquidem ordinarie absolitus fuerit concubi-  
tus) vapulat. Id. ibid.  
ג'ז טפקה מורה נ"ז צפונג בן ז'נין  
ג'ז טפקה מורה נ"ז צפונג בן ז'נין  
Puer novem annorum & unius diei, quando vitiat an-  
cillam, despontatam, tunc ancilla fustigationis poenam  
ל'ג'ז

X

IV. Nasiraeum, super mortuis pollutum. (e)  
Hic enim, ad certum tantummodo tempus  
voto

offert enim duos turtures, columbarumque pullos, alterum holocanustum, alterum vero, sacrificium pro peccato, facit, & denique agnum annuum, sacrificium pro noxa. Confir-  
 מיר טנטהך בז' זוכין ס. 3. מיר טנטהך בז' זוכין ס. 3. מיר טנטהך בז' זוכין ס. 3.  
 mat hoc MAIMON. in Nasir. C. VI. §. 3. טנטהך גותם סחר בז' זוכין טנטהך קורטא  
 Si Nasiraeus pollutus fue-  
 rit, sive sponte, sive per errorem, & quamvis pollutio  
 ortum trahat a gentili, repugnat tamen omne illud  
 (Nasiraeatus). Radat ergo rasuram pollutam, offerat-  
 que sacrificium pro impuritate, incipiatque de novo nume-  
 rare dies Nasiraeatus, secundum id quod dicitur: Num.  
 VI. 12. priores dies frustranei sunt. Et quamvis haec  
 pollutio eo die fiat, qui ultimus est, etiam circa vesperam,  
 repugnat tamen Nasiraeatus. Paulo post addit: אלייך כון יטח  
 פס' קדש  
 וונגה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש  
 וטורה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש  
 וטורה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש טורה וטורה קדש קדש  
 Quo-  
 modo sc̄e gerit Nasiraeus? Adducit sacrificia immundi-  
 cie, usque dum purifetur, rationem radit pollutam, & in-  
 cipit denuo numerare triginta dies Nasiraeatus; tum deton-  
 det iterum rationem puram, & offerat sacrificia purifican-  
 tia. Quod si vero impurus fiat, postquam pro eo sanguis unius  
 sacrificii jam sparsus est, nihil plane hoc impedit, sed  
 pergit ad reliqua sacrificia, purum cum conscientia, donec  
 purus evadat. Plura qui desiderat adeat ipsum MAIMONI-  
 DEM, & Cod. TALM. Nasir. Ceterum observandum ad-  
 huc est, quod quibusdam Nasiraeis permisum fuerit  
 mortuos curare, unde ibidem C. III. §. 12. scribit: כיר סה  
 יוט סה טורי בז' זוכין טורי קדש קדש קדש קדש קדש קדש קדש  
 Quinam fuit mos (Simsonis)? Fuit ipsi prohibitum vi-  
רעלם,

voto licet obstrictus esset, (f) huic tamen sacrificio similiter alligabatur, docente Scriptura S. Num. VI. 12. seqq.

XI.

V. Lepra liberatum, &, a Sacerdote, pro puro declaratum. Hic ut variij generis sacrificia pro se offerre necessum habebat, ita hoc nostrum Scriptura S., disertis verbis, inter ista commemorat Lev. XIV. 12. seqq. (g)

XII.

num, & tonsura; permisum vero mortuis sese polluere, quod per Cabbalam accepimus. Hinc cum Nasiraeos non nullos, Simsonis more, votum fecisse dicant, simul etiam statuant opus est, Nasiraeos istos potuisse mortuorum sepulturam peragere. Conf. KIMCHI. Bibl. Basil. Fol. 279. & TALM. Nasir. C. III. ipse MAIMON. l. c. qui ita loquitur: נִפְאָךְ וְיֵשׁ טַהֲרָה כִּי וְזֹה יְהִי בְּכָבְדָלֶת וְעַל כָּל מִזְבְּחָה נִפְאָךְ Ideo si quis sese obligat ad ejusmodi Nasireatum, quem Simson observavit, iste est Nasiraeus quo ad tonsuram, abstinentiamque a vino, in perpetuum, sed permisum ipse est super mortuis se polluere, (sive mortuorum curam babere.)

(f) MAIMON. l. c. C. III. s. 12. Distinguit Nasiraeos in perpetuos, & eos, qui stato saltem tempore, votum suscepserant. נִפְאָךְ וְיֵשׁ טַהֲרָה כִּי וְזֹה יְהִי בְּכָבְדָלֶת וְעַל כָּל מִזְבְּחָה Nasiraeus, qui aeterno sese voto obstrinxit, se pollutus fuerit, offerat sacrificium immundicie suae, & abradat tonsuram pollutam, eodem plane modo, ut Nasiraeus, qui ad statutum saltim tempus talis est.

(g) Rem egregie describit MAIMON. in Mechus Capp. C. IV.

XII.

Variis casibus, qui dūn requirebant, in medium propositis, ordo nos deducit ad materiam hujus sacrificii, quam arietes tantum constituebant, (b)

D

iidem

כיד שטן לו בחרב מושט ורומח חון נטהור יטרחן בנטח ספח הוועיר  
בתקופת טעם נקמר וטמו למחרת וטם אשנוקדים כל חוקורי כלה בעוד בטטרויה קוזקן  
וועד וטקען קות בסוטות וכוכב ניקק יהודס בל מזור כארוח יה ווילטער עד גוד  
פאנן נוואווען כדריך בל הטענאות ועם גאנק זיך וככני נטחו זה צפמי טענו גוד ווילר דע  
הכינן לא הדרס בל קזרלעט טען ספחה ומוכנס טמי ליזו געוויל סומוך טלאז ווילטער  
הוועד ווילטער זיין כנייט קה דהו א' חאנגן כליל זוילז ווילקע טען גאנט במאונט ווילר  
ביזו זייניגט וטעהל ניזו קטהולעט ווועז גאנטשע גאניגט זייניגט זייניגט  
*Qua ratione purgatur lepra infectus? stat extra atrium Israelitarum, contra portam Orienti soli respondentem, in ipso limine portae Nicanoris, facie versus occidentis portam converfa: Hic enim erat ordinarius locus, ubi piaculi indigentes, stare solebant, quando lustrabantur; ibidemque potant (sacerdotes) uxores adulterio suspectas. Deinde sacerdos hostiam proxima, quam leprosus offert, adhuc viventem, cum sextario olei, versus orientem, more consueto, agitat; si vero agitat, hinc & illinc movet, ducit & reducit. Quo facto, admovet sacrificium hoc leprosi ostio, duasque ipsius manus trahit in atrium, imponitque sacrificio; debinc statim macatur. Sanguis autem a duobus sacerdotibus excipitur: alter vase excipit & spargit ad latera altaris, alter manu dextra, effunditque in manum sinistram, tandem intingit dextrae digitum &c, reliqua ipsa scriptura describit, adeoque non opus est, ut denuo repetantur. Plura qui desiderat adeat MALMONID. Tract. Thum. Zar speciatim. C. XI.*

(b) ABARB. *Praef. in Lev.* נִזְמָן לְעַמֶּךָ נְצָרָת Necessum est, ut offeratur aries integer, ex gregi

iiidemque ad sacrificium idonei. (2) Materiae enim  
hujus intuitu, si forsan sacrificia quaedam, quo-  
cun-

via & gravia; illa de omnibus victimis, haec tantum de quadrupedibus valent. Conf. MAIMON. l. c. C. III. §. I. Deinde in definita, & transitoria. vid. *idem* l. c. C. I. §. II. ut & PHILO de *Victim.* p. 663. Oblatione vero indigna habebantur sequentia animalia.

I. Obturata, & Androgyna. Ita enim MAIMON. I.c. C. III.  
פְּשָׁטוֹתָם וְכַלְמָרְגִּינָּס חֲצֵבֶת טַעַן לְקַדְּשָׁם כְּנַעַן כְּפָסְלָן שְׁמַנְיָה וְזַקְנָה  
חַוְרָה לְפִי טַעַן סְפָק וְכֵד סְפָק נְכָבֶה כְּלִין שְׂמָר וְכַדְמָנוֹת אַמְלָר וְכֵלָה  
הַיּוֹתָה וְנְכָבֶת תְּמוּנָה מֵלָטָה וְכֵר וְזַי וְנְכָבֶת תְּלוּת פְּנִיקָה קַרְבָּן שְׁמָר  
הַיּוֹתָה וְנְכָבֶת תְּמוּנָה מֵלָטָה וְכֵר וְזַי וְנְכָבֶת תְּלוּת פְּנִיקָה קַרְבָּן שְׁמָר  
Obturatus & Androgynus, quamvis in illis non deprehendatur vitium quoddam extans, constituent tamen sacrificia illegitima, ex alia ratione. Dubium enim est utrum ad genus masculinum, an ad femininum, referendi, adeoque ut diversa quaedam species considerantur. Scriptura vero assertit de sacrificiis, quod parari debeant ex mare integro, & foemina perfecta, & hac de causa, requiritur ad sacrificium, ut de ejus genere certo constet, utrum scilicet revera mas, aut foemina, sit? Hinc & avis, quae est obturata, aut androgyna, illegitima est ad sacrificium.

II. Illegitima reputabantur, quae ex diversis speciebus inter se commisisti, nascebantur; denique, quae abortu facto, immatura in lucem edita fuerant, quod docet *idem*. I.c. יונן כנילטם ווּרְאַתְּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְנִזְבְּחַת כְּבָשָׂעֵד וְנִזְבְּחַת כְּבָשָׂעֵד Prohibita porro sunt, quae ex diversis speciebus prognata, vel per latus egressa, vel denique per abortum producta, sunt, licet nullum alias in istis vitium sit, quia dicitur in scriptura: bos, aut capra, aut agnus, modo unaquaque species in se sit integra.

בְּ שָׁמֶן זֶה בְּתַחְפֵּשׁ כְּסֹלֶג וְבַעֲזִירָה כְּתָבָה נָעוֹר כִּי קְפָחִית לְבַדְבַּדְבַּר וְכַטְבַּח כִּי  
כִּי פְּקִיעַת טְמֵון וְכִנְשָׁמֶן וְשָׁוֹר טְבָבָן אֵלֶיךָ בְּלָדֶם כְּלֵי כָּן כְּלָבָב וְמְכֻטָּב וְסְולָקָן גְּמַזָּה  
וְלְרָאָה אֵלֶיךָ שְׁמָן זֶה בְּכָסְוָן אֵלֶיךָ רְחוּן לְמַזְבֵּחַ קְרוּבָן אֵלֶיךָ טְבָר וְסְקִינָה  
Sic quoque seferes habet cum ineunte, & inita, & cum separato, cultuique idololatrico destinato, ut ut permisum sit iisdem vesci, prohibatum tamen est ea altari imponere, quia scriptura dicit Lev. XXII. 5. corrupta sunt: quae autem corrupta sunt, ea sunt illegitima: de impregnatione autem dicit, Gen. VI. 12. quoniam corrupta omnis caro: de cultu idololatrico dicit Ex. XXXII. 7. corruptus (se) populus tuus. Ita se res habet cum quadrupedibus, & avibus, quae hominem interemerunt, ista enim sunt ut concubentia, & quae inita sunt, ideoque minus idonea, quae altari imponantur. Mihi vero videtur, quod quamvis omnia illegitima haec indigna sint aera sacrificio, si quis tamen peccaverit, & obtulerit, istiusmodi, non vapulet ex lege, quia non expresse monitum hoc est. Quid autem intelligat per  
רְחַנְתָּא וְרַגְעָתָא explicat. l. c. C. IV. יְהִי בְּכָרָב נְסָלָת הַסְּמֵן וְגַעַם יְהִי נְרַנְתָּא וְדַבְּרָתָא  
אַתָּה מְרַנְתָּא קְרַב סְמֵן וְזַמְרַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּנֵי קָרְבָּן  
נְסָלָת וְאַתָּה בְּנֵי תְּמִימָה אֲנָשָׁה כְּבָשָׂמָה קְרַב נְסָלָת  
Brutum non est illegitimum, ob concubitum cum homine, nisi mas, qui congressus cum eo est, novem annos, & unum diem, compleverit, sive sit Israëliita, sive Gentilis, sive servus, sufficit quod initum fuerit ab homine; si u. homo super se induxit animal quoddam, non est hoc illegitimum, nisi foemellatres annos, & unum diem, attigerit.

IV. Quod ad virtus transitoria attinet, mortali videntur illegitimum reddere potuisse victimam. MAIM. Iff. Misb. C. I. S. 5. :בְּנֵי צָרָב נְסָמָה גַּדְעָן אֵלֶיךָ קְרִיבָה Qui offerat animal, in quo deprehenditur scabies, pus, aut impetigo, fustigatur.

V. Ea aetate, qua robore valebant, in scripturis de terminata, animalia erant offerenda, ABARBEN. Praef. ad Lev.

וְכָלְכָלָה

cunque demum modo id acciderit, fuissent illegitima, tunc ista aestimabantur, ita quidem, ut vel pretium, eleemosynarum arcae imponi, vel etiam aliud, pro priori, offerri debuerit. (k)

וְלֹא תִכְלַט כָּל אֶחָד מֵעַדְךָ עַל יְמֵינֶךָ וְלֹא תִכְלַט כָּל אֶחָד מֵעַדְךָ עַל שְׂמֵחָתֶךָ Agnus quando spatum duorum annorum absolvit ( fit illegitimum ) quia ab hoc tempore a jugo suo, cui immarginatur, defatigatur MAIMON. Pes. Hamokd. C. IV. כִּי תְּמִימָה תְּמִימָה נִזְבְּנָה וְקַרְבָּנָה כִּי תְּמִימָה תְּמִימָה נִזְבְּנָה וְקַרְבָּנָה Omnia sacrificia pro noxa, quae in lege praecipiuntur, offeruntur bimuli, & siclorum argentinorum pretio, exceptis sacrificiis leprosi, & Nasiraci, qui annuos offerunt; neque pretium eorum est determinatum.

VI. In eo etiam statu versari debebant, in quo eo tempore, quo destinabantur ad sacrificium, vivebant. MAIMON. Pes. Hamockd. C. IV. פְּסָמֵד כְּרֻתָּה וְסָמֵד וְצָמֵד כְּרֻתָּה Quando victimam tempore consecrationis, valuit duos siclos, tempore vero oblationis, unicum siculum, illegitima est. Poena illis infligenda, qui vitiosum aliquid immolabant, erat fustigatio, quia praeceptum negativum violaverant. Opera igitur danda erat sacerdotibus, ne ejusmodi animalia rae imponerent. MAIMON. l.c. C. I. כְּרֻתָּה טְרָאָה גָּלָד קְרֻבָּה וְסָמֵד קְרֻבָּה וְצָמֵד קְרֻבָּה Non solum autem id observandum est in offerendis Israelitarum sacrificiis, sed & in sacrificiis gentilium curandis. Si enim istis via inhaerent, (sacerdos) fustigatur, quia dicitur Lev. XXII. 25. de manu peregrini ne offeratis panem. Rationes vide apud CLERICUM Comment. ad Lev. XXII.

(k) MAIMON. loco allegato C. I. §. 10. כְּרֻבָּה וְסָמֵד וְצָמֵד קְרֻבָּה כִּי וְסָמֵד וְצָמֵד וְתִפְאָה גָּלָד כְּרֻבָּה וְסָמֵד קְרֻבָּה וְצָמֵד Qui sacrificio destinat animal,

Tandem ipse offerens, & praevaricationis, quae  
per θύην, sive sacrificium pro noxa, expiari debebat,  
reus, victimae imponebat manus, (1) & peccata con-  
fiteba-

(1) ABEN-ESRA ad Lev. I. I. כתבר מזוזו כהפליקום טכזיוון כל<sup>ל</sup> סח' סוחין עלייט: Dantur interpretes, qui dicent, quod omnis impositio duabus fieri debeat manibus. Modum vero tradit MAIMON. Maas. Korb, C. III. פוניא כתבי ידו נן כת קרמי ומוקה מ<sup>ל</sup> Interponit ambas manus suas duobus cornibus ejus, & consecetur ad sacrificium pro noxa, culpam suam.

sitebatur (m) ad latus Altaris, quod septentrionem  
versus spectabat; ubi etiam a sacerdote, (n) ipsa vi-  
tima mactabatur.

Excluduntur autem ab impositione manuum nonnulli, qui hie  
commemorandi. Recenset eosdem MAIMON. I.c. יְמִינָה וּמִינָה  
קְרֵב שְׂמֹחָה וּמִן וּמִתְּבָנָה וּמִבְּנָה כְּלַיְלָה  
בְּנֵי וּמִמְּנָה וְלֹא בְּנֵי וְלֹא בְּנֵי תְּבָנָה כְּלַיְלָה  
בְּנֵי וְלֹא בְּנֵי תְּבָנָה כְּלַיְלָה כְּלַיְלָה  
Manus imponere omnibus permisum, exceptis,  
furdo, satuo et minorenni, servo, & foeminae, coeco, & peregrina-  
no. Neque ablegatus isto perfungi potest officio, quum nemo, ni-  
si ipsim efferentes, manus imponere possint; dictum enim est: Lev.  
I. v. 4. & imponat manum suam, non uxoris, nec servi, nec le-  
gati sui. Necesse vero est, ut innitatur, manibus, capiti, omni ro-  
bore, quia scriptura dicit: I.c. capiti innitatur, non collo, neque  
lateribus; (quae ipsa verbasunt Cod. Talm. Schechitha ad Fin.  
Cap. י' ו' ו' p. 89.) neque debet esse res intermedia, inter ma-  
nus & caput victimae.

(m) Impositio manuum & peccatorum confessio separanda  
plane non sunt. Eodem enim loco, eodemque temporis momen-  
to, utrumque peragebatur. Precans faciem ad templum debebat  
convertere, quod docet MAIMON. Tbill. libircb. Coban. C.V.;  
Preces autem ipsas Maaf. Corb. C. III. וְיִתְּפַלֵּל תְּמִימָה שְׁמִינִית  
Quae ergo Dominus peccavi, deliqui, rebel-  
Lavi, gessi me hac, vel illa, natione, nunc autem ad poenitentiam re-  
deo, & haec sit expiatio mea. Poenitentiam vero idem necessario  
requirit in Theschub. C.I. וְיִתְּפַלֵּל תְּמִימָה שְׁמִינִית  
Qui victimam immolant pro peccato, aut pro  
noxa, non expiant, per sacrificia sua, sceleris, sive voluntario, sive per  
errorem, commissa, nisi poenitentiam egerint, & peccata confessi  
fuerint disertis verbis, quia Lev. V. 5. dicitur: & Confitebitur pec-  
catorum. Consentit ABARBN. ad Lev. XVI. & KIMCHI ad Hos.  
XIV. 3. : וְיִתְּפַלֵּל תְּמִימָה שְׁמִינִית Non profundit oblationes,  
In peccatorum confessione.

(n) Sancta sanctissima omnia mactabantur ad latus altaris, quod  
septen-



AB 153000 (1)

ULB Halle  
003 948 544


3



56.

KD-17





D. B. V.  
SPICIIS  
MAGNIFICENTISSIMI  
ENICI AVGUSTI,  
GII ET ELECTOR.  
J. HEREDIS,  
DE  
**אש**  
Sive  
**O PIACVLARI**  
**O NOXA**  
**RENDÖ,**  
*TORIO MAIORI*  
*emb. An. cIs Is CC XVI.*  
**PRAESIDIO**  
**CHRISTOPHORI**  
**ANNSHAVSEN,**  
abl. Facult. Philos. Senioris,  
ac Acad. Directoris,  
commentabitur  
Auctor  
**ENRIC. ERDMANN,**  
Gothanus.